

1  
Priscianam interpretatio  
ex Dionysio halicarnaseo  
de situ orbis

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUSSELDORF

Handwritten text on the adjacent page, partially visible. Includes a red decorative initial 'A' and a list of names or entries.

48

**C**osmographia (quod de situ orbis opus ē)  
**P**uisciani grammatice eruditissimi ex Dionysio ha-  
licarnaseo nō inculto carmine translātū Et a **Be-**  
**n**edicto **B**ugnolo **V**eronēsi viro & latina & gre-  
ca lingua eruditissimo itez emendatū ac reuulsum  
**I**ncipit.

**M**atrem genitor: quem mundum cōtinēt omnē.  
Annue rex cęli positum telluris & vnde  
In quas imperiū mortalibus ipse dedisti  
Materię tātę me promere carmine digno  
Incipiens terre tractus pontiq; meatus  
Et fluuios canere atq; vrbes populosq; per orbes  
Discretos laterelluum memorare parabo  
Oceanum: tellus quo cingitur equore tota.  
Insula seu sese diffundens littore vasto  
Non tamen assiduo. teres vndiq; margine circum  
Clauditur hęc bifido: sed brachia littore pandens  
Arctatur rapidos: cursus ad solis vtrinq;  
Assimilis fundę: sed quauis corpore toto  
Una sit hęc homines tris dicunt esse diremptas.  
Et primam libyen. post europen. asiamq;  
Sed libyam europę discernit finibus amplis  
Linea: quam obliquant gades atq; hostia nili.  
Qua boreę excurrit memphitis terra sub apex  
Atq; locum nouit spartano fama canopo  
Sed terras aquilo qua frigore damnat iniquo  
Europen asię tanais disiungit ab oris  
Sauromatas linquens: scythiam qui gurgite vasto  
Pręstringit: pręcepq; ruit meotida poscens

Et medius finis iam iam decliuis ad austrum est  
Quas helleponti fauces dixere priores  
Sed magis australis sunt terminus hostia nili  
Per mare sic fluuiosq; patens discernitur orbis  
At alij terras malunt discernere terras  
Finibus est asię latus arctum lingua supernis  
Caspia quam mediam faciunt: atq; equore ponti  
Euxini locus hic discrimen dicitur esse  
Europę atq; asię disiungens ruribus arua  
At alius finis longissimus exit in austros  
Qui secat egypti terras equorq; sabęum.  
Seperat hic libyen asię confinia rumpens  
Talia mortales perhibent discrimina terre.  
Circuit oceani gurges tamen vndiq; vastus:  
Qui quia vnus sit plurima nomina sumit  
Finibus hesperij atlanticus ille vocatur  
At boreę qua gens ferens arimaspa sub armis  
Dicitur ille piger nec non saturnius idem  
Fortuus est alijs minimo quod lumine solis  
Perfruitur: tarde radios nam suscipit ortus  
Flubibus z crassis premitur: nimbisq; grauatur  
Unde tamen primo conscendit lumine titan  
Eoumque vocant: atq; indum nomine pontum  
Sed qua deuectus calidum posus excipit austrum  
Aethiopumque simul pelagus rubrumque vocatur  
Qua deserta patet tellus ardoze perusta.  
Circuit oceanus sic totum maximus orbem  
Fluminibus varijs celebratus: z equore tanto  
Vinc atq; inde sinus penetrabilis efficit ille.  
Exiguos multos dirimens mare quattuor amplos  
Persecat hesperiam primus qui porgitur vndis

44  
Pamphylumq; latus libyę pertendit ab oris  
Pic minor est reliquis maior quem caspia tellus  
Suscipit intrantem vastis aquilonis ab vndis  
Nominis saturni: quod tethys possidet equor  
Caspus iste sinus simul hircanusq; vocatur  
Et duo qui veniunt australis ab equore ponti:  
Hic supra currens mare per sicus efficit altum  
E regione situs: qua caspia voluitur vnda  
Fluctuat ast alter panchea quia littoza pulsat  
Euxini contra pelagus protentus in austros  
Hosce sinus perhibens: quos tethyos efficit vnda  
Maiores nam sunt alij: multiq; minores.

**N**unc maris hesperij lustrabo carmine rectus  
Flexibus in varijs quo frangitur equore pontus  
Astringens pelago terras circumfluis illis

Pontibus et radens supostas vrbibus oras  
Ad isonumen studiorum pignus et artis  
Ordine principium capiens atlantis ab vnda  
Herculeo celebrant: quam metę munere gades:  
Adiferasq; tenet stans atlas monte columnas  
Est primus vastis qui pontus hibericus vndis  
Diuidit europen libya communis vtriq;  
Hinc atq; hinc statuę sunt: ambę littoza cernunt  
Hę libyę hęc europes aduersa tuendo.  
Callicus hunc gurges qui celtica littoza pulsat  
Excipit hunc sequitur ligurum cognomine dictus  
Quando mini rerum terris crevere latinis.  
Ad petram leucen aquilonis ab axe reductus  
Que freta sicanię concludit littoze curuo  
Insula sed cyznos proprijs pulsatur ab vndis:  
Intra sardonium pelagus celtumq; refusis.

**I**n de salis tumidus tyrrheni voluitur ætus  
**A**d partes vergens australes. excipit istum  
**S**icanie vulgus solis deflexus ad ortus:  
**Q**ui procul effusus pachynis tenditur oris  
**A**d creten summam que prominere quore rupem  
**Q**ua gozyna potens medijs qua phestos in aruis  
**A**rietis rupem hanc simulantem, vertice frontem  
**P**ro merito grajcriu dicere metopon:  
**H**oc mare gargani concludit iapygis ora:  
**I**llinc incipiens extenditur adria vastus:  
**A**d boream penetrans pelago solemq; cadentem  
**J**ouius pariter sinus hic perhibetur ab orbe.  
**D**iuidit ⁊ geminas diuersis partibus oras:  
**Q**uas tamen extremas coniungit terminus vnus  
**A**d dextram partem protenditur illyris alma:  
**P**ost hanc dalmatie populorum martia tellus  
**A**d leuam ausonie porrectus continet isthmus  
**Q**uem tria circundant maria vndiq; littoze curuo  
**T**yrrenum siculum necnon simul adria vastas  
**F**inibus ac proprijs exceptant singula ventos  
**T**yrrenum zephiro siculum sed tunditur austro  
**A**dria succurrens eoo frangitur euro.  
**A**lt post sicaniam tractu diffunditur alto  
**A**d sextim pelagus libycis que cingitur oris:  
**M**aiorem postquam minor excipit equora longe  
**A**tq; sinu gemino resonantia littoza pulsant  
**F**inibus a siculis creteum tenditur equor:  
**A**b solis veniens ortu salmonida poscens  
**D**icitur eous qui crete terminus esse:  
**P**ost hanc est geminum mare vastum fluctibus at  
**F**luctibus hisinarci boreæ quod tunditur aëris

Quod ruit aduersus celsę de partibus arcis  
 Quod prius est pharium: perhibent hoc littoꝝa tangi  
 Precipitis casu montis: post vnda secunda  
 Sidonium est pelagus penetrat qua gurgite pontus  
 Ilicus arctoas ad partes equore vergens.  
 Non longe tectus. cilicum nam frangitur oris.  
 Hinc zephyros poscens veluti draco flectitur vndis  
 Quod iuga montiuagus vastat: siluasq; fatigat:  
 Partibus extremis pamphylia clauditur isto:  
 Atq; celidonię rupes cinguntur eodem  
 At procul hinc zephyrus finit patareide summa.  
 Post hęc arctoas ad partes aspice rursus  
 Regum superat qui fluctibus equoꝝa cuncta:  
 Disperfas vasto qui gurgite cycladas ambit  
 Terminat hunc imbrōs pariter tenedosq; coercens  
 Angusta trahitur que fauce pro pontidis vnda  
 Asia: quam supra populis distenditur amplis  
 Ad notiam partem quam latus ducitur isthmus.  
 Threicius sequitur post bosporus hostia pontis  
 Hoc nullum perhibent terras angustius orbis  
 Esse fretum dirimens. hic sunt simplegades arcę.  
 Panditur hic ponti pelagus titanis ad ortus  
 Quod petit obliquo boream solemq; meatu  
 Pincatq; hinc media percurrunt equore colles:  
 Unus qui veniens a się de parte carambis  
 Dicitur australi: sed contra sinibus alter  
 Prominet europę hunc criu dixere metopon.  
 Ergo conueniunt aduersi gurgite tanto  
 Distantes quantum ternis transire diebus.  
 Eualeat nauis bimarem sic equore pontum  
 Aspicias similem cornu quod flectitur arcus

Ferno curuati distento dextera neruum  
Assimulat recto trahitur nam linea ductu  
Extra quam boream quo scandit sola carambis  
Sed formam cornu geminatis flexibus edit  
Litrus quod pontum cingit sub parte sinistra  
Inquam moctis penetrans aquilonis ad axes  
Quam scythie gentes circundant vndique ripis  
Et matrem ponti perhibent moctidis vndam.  
Scilicet hic ponti vis erit gurgite multo  
Limmerium torrens per bosphoron: hic vbi taurum  
Limmerij gelidis habitant sub finibus vnum  
Hec maris est species splendens hec forma profundi

**N**unc tibi telluris regiones carmine pandam  
Ut cernas animo non visas lumine terras  
Atque docens alios lauderis pectore docto.

Incipiens libye tenuisq; a tethyos vndis  
Oceanus tyrias qui pulsat gurgite gadis  
Tenditur ad notias partes et solis ad ortus:  
Et messis formam reddit mensozibus arcis  
Quam tradunt terre non equa margine cinctam.  
Terminat hec fines rubri propelittora ponti  
Latos ethiopum populos: quos possidet alter  
Quem calidis iuxta terras pascuntur erembi  
Hos pelli similes pardi dixere priores  
Nanque solum squallens vrbes distinguit opacas.  
Hac sitis hac humor latos variatur in agros  
Sed summam libyen habitant ad tethyos vndas  
Alcidę qua sunt statuę maurusia plebes  
Post hos immense nomadum de semine gentes  
Atque masfelyj necnon masfelia proles:  
Saltibus hos duris asper siluisque vagantes

Vicitis alit sua questus cede ferarum.  
 Scilicet ignaros terras proscindere aratris  
 Agricolasq; boues plaustris domitare sonoris:  
 Namq; erant nemorum per dumos more ferarum  
 Quos prope tenduntur fines carthaginis atq;  
 Perpetuas tyris celebrat que condita laudes  
 Qua regnans felix dido per secula viuit.  
 Atq; pudiciciam non perdit carmine ficto  
 Hanc minor insequitur syrtis maiorq; secunda  
 Qua tumor immensus tyrrheni pellitur estus  
 Accersusq; furit siccisq; receptus arenis  
 Est inter syrtis vrbis est quam nomine dicunt  
 Esseneapolin: hanc supra iustissima fertur  
 Hospitio gaudens gens degerelotophagorum  
 Hos licet ad fines desertas cernere terras  
 Extinctis populis nasamonum marte latino.  
 Ab vltis post hos terrarum rura tenentes  
 In medio summis libycis et gentibus hammon  
 Flecon cyrene claro rum mater equorum  
 Vrbis amylee propter quam condidit olim.  
 Nam marid: post hos egyptia flumina vertunt  
 Betulicq; supersunt viciniq; migrentes:  
 Continno post hos sequitur pharusia tellus.  
 Nam habitant iuxta garamantes debite clari  
 Que superat cunctas vrbis miro munere fontis:  
 Frigore qui noctis feruet calefactus et ymbribus  
 Et solis friget radijs glacialis et igni  
 Omnibus extrema populis clauduntur in ora  
 Aethiopes: libyes vbi finit littoze cerne  
 Oceanum nimio que pulsat sole calentem.  
 Nec longe feruent blemiorum collibus agri.

**H**inc fluij pinguis descendunt flumina nili  
**P**artibus a libycis: qui currens solis ad ortus  
**S**iris ad ethiopum populis cognomine fertur:  
**V**ersum cultores nilum dixere syenes:  
**H**inc currens nilus ad partes flumine pingui  
**F**ertilis egypti terras fecundat opimas:  
**S**epteno ferit pellam gurgi te pontum:  
**N**on alius tantum fluuiorum ditat arenas:  
**A**tque trahens limum com plectitur vberē campos:  
**H**ic satis libyen asieq̄ determinat oris:  
**H**ęc ortus cernit: videt austros illa calentes.  
**H**unc habitant iuxta sapientum corda viroꝝum  
**D**isposuere vias qui vitę mente potenti:  
**E**t primi dederant sulcos ⁊ semina terris:  
**O**bliquos solis tractante s pectora cursus:  
**H**orum telluris fines nunc carmine dicam  
**E**t formam celebrat quam gloria magna per orbem:  
**H**ęc igitur laus diffusa patefcit in aruis  
**F**ertilis ⁊ superans alias pinguedine glebę:  
**M**arginibus laterum formatur at vndiq; ternis  
**L**ata quidem boreę sub littoꝝe tendit ur oris:  
**A**st ortus angusta petit: summamq; syenem:  
**Q**uam celsi mediã montes vtrinque coercent.  
**I**rrigui per quam descendunt flumina nili  
**H**inc habitant homines multi pariterq; opulenti  
**Q**ui veteris clareq; colunt sub mgnia thebes  
**Q**uam perhibent centum portas habuisse priores  
**F**ilius auroꝝe memnon qua regna tenebat  
**H**ic sunt ⁊ septem medijs in finibus vrbes.  
**Q**uas celebrat totum discurrens fama per orbem.  
**E**t quicunq; maris viuunt prope littoꝝa vasta.

Qua lacus est ingens liquidę serbonidis vnde.  
 Ad cuius zephirum macetum sunt menia regis.  
 Et pharos in idothees scopuli pallenidis alti.  
 Post vrbs sub casio pellusi vergit ad ortus.  
 Navigijs populus durus quam possidet aptus  
 Non tamen est libyes ponendus finibus iste.  
 Scilicet eoas nili qui continet oras.  
 Nili quem circum floret mirabilis arbor.  
 Extinguit que sitim pomo. cui nomen ad ipsos.  
 Hęc facies libyes. hic claudit terminus illam.  
 Sunt tamen hic alie gentes. que littoze summo  
 Tethyos aut medijs habitant telluris in aruis  
 Et gratas circum ripas tritonidis vnde.  
 Hic lapis helio tropius. qui nomine vero  
 Dicitur. evertit radios nam solis in vnda.  
 Si quis eum fusa labris immergat aenis  
 Sanguineique rubens resplendet luce coloris  
 Purior at soli renitet nudatus ab vndis.

**S**placet europes quoq; me nunc dicitere formam  
 Haud taceam. similis libyę est sed vergit ad arctos  
 Finibus z pariter distentis pergıt ad ortus  
 Linea nanque astę similis disiungit vtranq;.

Hęc notias spectat: partes aquilonis at illa  
 Est ambas vnam si terras esse putemus  
 Assimulent conum laterum compagibus equis:  
 Cuius ad occasus est summum: lata sub ortu.  
 Sic europa tibi facili dignoscitur arte.  
 Ad cuius summum prope metas herculis alti  
 Vagnanime gentes dederat quis nomen hiberus  
 Ad spacium multam terraram rura colentes  
 Oceanum boreo contingunt frigore durum.

Scrutaturq; decus pulcrum sapientibus auri.  
Quos tamen haud maculat p̄fens: nec deicit absens  
Qua sunt germani bellantes atq; britanni  
Saltibus hercynis germania subiacet atrox.  
Hec tergo similis taurino dicitur esse.  
Epascit volucres mirum fulgentibus alis:  
Quis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.  
Pyrrhenes sequitur mons. post hunc est celtica tellus  
Eridani fontis contingens rauca fluenta.  
Hic p̄hetonta suum carę luxere sorozes  
Hic electra legunt alnis stillantia celtę.  
Sucina quę memorant mellis vini ve colore.  
Quę paleas rapiunt tractu: frondesq; caducas:  
Post hos tyrreni: quos iuxta solis ab ortu  
Incipiunt alpes. quibus exit gurgite vasto  
Oceani rumpens glacialis littoꝝa rhenus.  
Hunc prope consurgit fons istri flumine longo  
Qui poscens ortus: euryini peruenit in vndas  
Irriguam peucen amplexus gurgite quino  
Cuius in arctoas est partes barbara tellus  
Innumeras gentes gremio complexa reductu  
Cui finem faciunt meotidis hostia vastę.  
Hinc sunt germaniq; truces: z sarmata bellę  
Atq; getę: nec non besternę semina gentis  
Dacozumq; manus z martia pectora alani:  
Atq; dzomon tauri retinentes fortis achilli.  
Angustum z longum meotidis hostia iuxta  
Bos equites supra celeres funduntur agauri:  
Atq; melanthenum populus metuendus in arcu  
Post hippemologi sunt: hippopodesq; potentes:  
Atq; gelonus cum neuris. pictiq; agathyrsi:

Hic ubi descendit porrecta boze ysthenis vnda  
 Eupinumq; subit criu prope tracta metopon  
 E regione iacet locus hic symplegados arctę  
 Hic sunt aldesti quoque panticapię fluenta  
 Diuidui currunt ripeis montibus ambo  
 Immiscent qua se ponti glacialibus vndis.  
 nascitur electrum pęfluens luce nitenti  
 Dense solet primo qualis splendescere luna  
 Hos adamantas legunt iuxta fortes agathyrsi.  
 Tordirimit gentes aquilonis partibus istę.  
 Huius ad australes terras geręq; feroces  
 Floricęque colunt bellaces pannonicę  
 Et mysithracum boreis in sinibus orti.  
 In quorum terris quas ponti perfluit vnda  
 Ignipotens oleo commixto gignitur herba  
 Medica cui nomen cuius compescere flammam  
 Si quis aqua capiat: plus ignem pascit in illa.  
 Pulueris hunc iactus potis est extinguere solus.  
 Thraces arant post hos latissima rura tenentes  
 Ducę torrens stringit finitque propontidis vnda:  
 Atque helleponti fauces egeus: et altus  
 nascitur hic scopulus pallene gemma refulgens.  
 Asterium perhibent: stellis certare putatur:  
 Et flamme similis splendenti lumine lychnis.  
 Hic ripas istri porrectas vndique stringunt.



Prope reliquas nunc partus aspice ternas  
 Phęgeos vergens: quibus eminent illa sub ortus  
 Prima est hispanum: que frangit littora pontum  
 Altera tyrrhenum que pulsat molibus equor  
 Tercia que graios circumflua gurgite pascit.

Sed tamen oceanum contingit hiberica tellus.  
Deciduum calpe: qua summam sustinet vnam  
Perculis est atuis: quam supra diues et alta  
Tartessus templique sedent qui collibus imis  
Pyrrhenes: celum qui tangit vertice summo.  
Est ambas intra tellus iacet ausoniarum  
Limite quam recto mediam secat apenninus  
Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus  
In freta sicanię porrecta s terminat oras:  
Hunc vrbes circum populi gentesq; frequentant  
Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cunctos  
Tyrreni primum fortes: iuxtaque pelasgi  
Eylentes quondam propria qui sede relicta  
Tyrrenis socias petierunt nauibus arces.  
Nos prope sunt omni superantes laude latini:  
Quorum per terram discurret in equore ihybris  
Regius irriguo dirimit qui gurgite romam  
Romam que genitrix regnum dominatur in orbem:  
Post hos pingue solum sequitur campania diues  
Hic tibi parthenopes domus est castissima frugum.  
Fertilis: hanc pontus proprijs exceperat vndis  
Ad noton est longe supra sirenda rupem  
Dicentis silari gurgis spectabile flumen:  
Hunc habitant prope lucani brutijque coloni  
Ad leucapetram longissima rura tenentes.  
Hinc est ad boream zephyri que summa vocatur:  
Sub qua sunt locri celeres: qui tempore prisco  
Istuc reginam propriam venere secuti  
Ausoniamque tenent: qua currit flumen halecis.  
Denia cernuntur in etaponti: deinde crotonq;

Quam pulcer gratam præterfluit ælarus urbem.  
 Ulterius pergens hinc templa lacinia cernens:  
 Post hæc est sibiris: perijt quæ numinis ira  
 Præponens hominum tumulos cælestibus aris  
 Postere qui præcis ausi certamina soli  
 Samnitis medio complectitur itala tellus  
 In gremio: marfosq; simul: tunc deinde tarentum  
 Tangitur equoribus: quod munuere lacones.  
 Continuo calabre telluris rura sequuntur  
 Usque hærj summam: sed tendit iapygis ora:  
 Qua salis adaiaci trahitur vastissimus æstus:  
 Atque sinum penetrans aquileium colligit undas.  
 Alta tegestron postremæ menia terre  
 Qua sinus ionius finitur gurgite lasso.  
 Hi sunt aufoniæ populi gentesque potentes.  
 Flexilis hinc pontus conuertens vergit ad ortus  
 Atq; liburnorum terras hyllisq; feroces  
 Bulimeon pariter præstringens litto:ra currit:  
 Et venit ill' yrias late por:rectus ad arces  
 Quas tollunt montes excelsa cacumina summas.  
 Lernitur hic tumulus qui cadmi dicitur esse  
 Vermeoneq; simul: namq; hic serpentibus illi  
 Corpora post tempus longum mutasse feruntur  
 In senio: postq; patriam thebasq; relinquunt  
 Dinc illos aliud posuerunt numina monstrum  
 Namq; duo tumuli concurrunt peste futura  
 Significat quotiens sequissima damna colonis.  
 Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ  
 Quem merito veteres dixerunt nomine sacrum:  
 Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum:

b ij

**A**ccensasque faces si quis propeduxerit vndam  
**E**xtinguit flammam: recipit sed rursus easdem  
**N**omoueat dextra cum extinctam lampada fonti.  
**S**ed supra tracen: nec non epiro ad austros  
**P**rincipium terre doctissima grecia sumit  
**A**scendens multum: geminoq; sub equore cincta  
**R**egge siculoq; mouent qua flumine venti  
**D**iuerso: siculum zephyrus tenet: curus ad altum  
**R**egem: sequitur pelopis post insula lata  
**C**onsimilis folio platani: quod muris acuta  
**R**equiparat caudam: cuius iacet isthmos imago  
**H**ellados ad boream sibi met confinia iungens:  
**L**atior at tellus folium seu flexile circum  
**L**ingitur equoribus zephyrum tryphylidis arua  
**E**xcipiunt: per quam descendit flumine pulcro.  
**A**lpheus: qui messeni discinditur vndis  
**E**urote: terris ambo nascuntur a seis.  
**H**ic tamen eleos: et diuidit ille laconas.  
**H**ic medijs habitant late telluris in aruis  
**A**rcades apidanei sub scopulos erymanthi  
**Q**ua melas atque crathis fluuij qua currit iaon  
**T**enditur atq; vetus: qua longo gurgite ladon:  
**H**ic merulos perhibent albos mirab ille dictu.  
**H**ic nasci linum: qui tacto census ab igni  
**E**xtingui nequitur quem graij nomine vero  
**A**lbestum memorant: ferri niter ille colore.  
**J**uxta est argiuum tellus pariterq; laconum.  
**O**rtus argiui vergunt: lacones ad austros.  
**R**e quoribus geminis isthmos pulsatur vtrinq;  
**H**ocephyren contra est zephyrus: sed verberat illud

**E**urus in immensum quæ mergitur vnda profundum:  
**H**omine quam danai dixere sacronida pisco.  
**A**ttica sed tellus post isthmon solis ad ortum est.  
**H**inc orythyam boreas rapuisse puellam  
**T**raditur: hic illisos: æquis deuoluitur amnis  
**B**oetum sequitur vt sinis qua dicitur vnda  
**E**lle potestatis diuersæ: nanq; duobus  
**F**luminibus vertit veruecum lana colorem:  
**H**oc fuscat niueas: hoc albat gurgite nigras  
**L**ocridis inde solum sequitur regionis: z ora  
**T**essalis z tellus macetum cum mgnibus altis  
**S**ub cuius scopulos tangentes vertice cæcum  
**S**peluncæ veteris seruant insignia cladis:  
**F**inibus in medijs terrarum nanq; videntur  
**O**strea nutricibus siccata latentibus esse:  
**D**iluuium latebras dederat quod piscibus illas.  
**C**oncipit z parit hic naturæ munere gemma:  
**Q**uam peganitem perhibent pregnantibus ista  
**A**uxilium confert facilis releuamine partus.  
**L**emitur hinc niueas attollens vertice rupeo  
**A**emus threicius: quem contra tenditur agris  
**A**d zephyrum regio dodones lata feracis:  
**H**oc cuius notias partes sub rupe aracynthi  
**H**etolæ gentes sunt belli laude potentes  
**L**ampi quos medios acheloia persecat vnda.  
**E**t mare trinacrium perumpit echinadas intra  
**R**egna cephalenæ prope sunt sapientis vlyri  
**I**ste galactiten ripis ostendit in altis  
**U**beribus prodest: necnon infantibus idem:  
**E**t si quis terat hunc: albescit lacte liquescens

Hunc fluuium iuxta præclaros solis ad ortus  
Phocis ad arctos ventos extenditur ingens  
Donec contingat calida hostia thermopylarum  
Sub iuga parnasi cephalos gurgite magno  
Quam mediam dirimit descendens murmure vasto  
Quam templum phebæ memorabile delphica sedes

**N**unc magno nobis sunt insule ore canende  
Quas homines toto dispersas equore cernunt  
Est igitur ponto tellus circumflua prima

Tui nomen gladii: statuas hec herculis inter  
Ætæis colitur continua vocata vetustis  
Continuoq; iacent gymnasiæ: has haleares  
Romani memorant: hinc frangitur equore busos  
Sardonie postq; pelago circumflua tellus  
Fontibus eliquidis præbet miracula mundo:  
Quos sanant egros: pandunt damnantq; nefando  
Periuros furto: quos tacto flumine cecant.  
Postq; non longe cernuntur litorea cyrni:  
Lorsida quam pariter geminato nomine dicunt:  
Hanc solam perhibent catochiten gignere terram:  
Lorporibus lapis hiccen glutene rectus adhæret.  
Nulla tamen tellus latissima robora silue  
Sic habili generat: dehinc rupes elidarum:  
Quas septem numero perhibent cognomine plotas  
Quipe viam ratibus pelago dant vndiq; vasto  
Trinacrie post hos moles distenditur ampla  
Lardinibus ternis: laterum quam terminat actus  
Procurrens pachyno longe castrisq; pelori  
Externensq; rates lylibei cauitibus aspris  
Aminet ad zephyrum lylibe: pachynusq; sub ortum

**A**spicit ausoniam: boreæq; pelorus ad apex:  
**Q**ua mare vir superant haud equum mille periclis  
**A**ngustum rapido quod frangit gurgite saxa.  
**T**raditur hic pelagi disruptas viribus olim  
**E**xcepisse fretum terras cogente ruina  
**P**lurima sunt istic totum memoranda per orbem  
**D**ianas fons est: camerina gignitur vnda:  
**Q**uem si quis manibus non castis hauserit vnquam  
**L**etifico tristis non miscet pocula baccho  
**H**ec eadem montem mirandam sustin et etnam:  
**V**ertice qui summo rigida niue temperat ignem.  
**N**ec superant flammæ frigus: nec frigore flammâs.  
**H**ic salis acragas miracula possidet vnus  
**N**aturas in quo proprias mutare videtur  
**I**gnis et vnda. salem namq; illum soluere flammæ  
**V**nda solet crepitus illis confuncta mouere.  
**H**ic et hale sinus fons est mitissimus vndis  
**T**ibia que et extollit cantu saltare putatur  
**D**ulcibus et ripis letans excurrere plenis.  
**L**ernitur egregius lapis hic. cui nomen achates:  
**H**oc dederat fluuius cuius generatur ad vndas  
**H**anc simulachra vides venis ostendere gemmam.  
**A**equoris ad siculi quod vastis funditur vndis  
**A**d noton est pontus libyæ sirtisq; vadosa  
**M**aior: at vltterius: si pergas cerne minorem  
**O**cciduam iuxta quam menix insula fulget.  
**E**t cercina simul libyca statione patentes  
**M**adria quas penetrat: venias si parte sinistra  
**A**tq; legas calabrum litus: tunc insula magni  
**O**stendit sese diomedis nomine dicta:

**D**uo profugus quondam victor concesserat ille  
**L**oniugis incestę per fraudes egiatę.  
**I**onium pergens absyrtidas equor ad ortus  
**C**ircuit has olim colchi tenere feroces.  
**A**ssidum frustra medę furta sequuntur.  
**C**ontinuo post hasce liburnidas aspicias altas.  
**A**d notias partes: hinc seua ceraunia nautis.  
**I**nsule ambracię contra cernuntur in alto.  
**E**t corcyra potens: ithaces atq; aspera tellus  
**E**t quas oblinat riuis acheloius amnis.  
**F**lumine torrenti precelsum chalcida linquens  
**S**ed multę amnis hyperbozeę sub parte videntur  
**A**egytag; inde cythera: calabria dura colonis.  
**A**d radios vergit: sed carpathus: hanc prope certę  
**P**inguis 7 ymbrosis extendens collibus idem:  
**A**n te ortus solis perhibent fulgere sole.  
**S**ignitur hicalimos: quam si quis mordeat herbam:  
**C**ompescit damnunq; famis: rabięq; diurnam:  
**A**t rhodos egyptum contra iacet insula diues:  
**S**uniados contra quoq; summum rupis ad ortus  
**F**ubila quam nunquam verterunt lumine solis:  
**N**am purus care potitur telluris abantas:  
**S**upra sunt selamis: nec non egyptina: sed ortus  
**C**ernentem cyprium pontus pamphilius ambit.  
**P**ost hec sunt ternę citra patareide: summa:  
**F**ama chelidonias: celebrat quas nomine terras.  
**N**ec procul est arados phenices equore cincta.  
**R**egi vero diuersis partibus alti.  
**A**d fauces arctas multę sunt insule ab ydi  
**C**onfines asię dextre: euore pelęq; sinistre.

**A**d boream tamen hę pertendunt ordinelongo  
**E**uropę macris contingit abantię oram:  
**E**t celsam scyruş peparethus sacraq; lemnos.  
**F**ertis atq; thasos: simul imbroş post corıbantum  
**P**ęnibus antiquis samothracia cernitur alta.  
**A**st alię partem: quę tangunt equore primam  
**D**elon circulant: has dicunt cycladas esse:  
**C**ontimbos: parados: ceu stellas aspicias almas  
**J**oniasq; simul: quas inter caunus 7 altę  
**S**unt samnus atq; chius celebratę nomine claro.  
**A**elicę post: 7 lesbos tenedusq; sequuntur.  
**E**t sinus inde melas helles prorumpit in equor  
**P**anditur hinc pelagus: tumidaq; propontide feruet  
**A**d boream: sacisq; viget proconesus in illa:  
**E**t etiam leuis euzini partibus vna  
**Q**uam leucem perhibent: aduersa boręsthenis anni  
**P**ascit aues quoniam multas candore niuali.  
**H**ic animas perhibent heroum laude potentes  
**D**egere securas virtutis munere pulcro.  
**S**immerium recta: sed si quis bosporon ibit.  
**C**ernitur hinc dextra vastę meotidis vnda:  
**I**nsula mole grauis trans alopecea lata  
**P**ost quam phenagozen: hermonassamq; nepotes:  
**E**gregie quondam coluerunt gentis ionum  
**I**nsule hę celebres pelagi sunt nomine claro.  
**A**st alias refluxum circundat tethyos equor:  
**Q**uarum demonstręm positum regionis ad oras:  
**A**ethiopes habitant eritheam pectore iusti  
**A**tlantem iuxta longęi finibus olim  
**V**enit hyperboreus quę gens post facta perempti.

**H**eryonis: domuit quem virtus herculis ingens.  
**S**ed summam contra sacrum cognomine dicunt:  
**Q**uam caput europę: sunt stanni pondere plene  
**H**esperides: populus tenuit quas fortis hiberi  
**E**st alię oceani iuxta boreetidas archas  
**S**unt geminę theniq; britannides hostia cernunt.  
**H**ic etenim lasso perumpit tethia cursu.  
**V**as tamen haud habeat spacio superare per orbem  
**I**nfula perfulget nigro splendore gagates:  
**H**ic lapis ardescens austri perfusus aquarum  
**E**st oleo perdens flammam: mirabile visu.  
**A**tritus rapit hic teneras seu succina frondes.  
**N**ec spacio distant nesidum littoze longe  
**I**n quibus vxores amnitum bacchica sacra  
**C**oncelebrant: heredeq; folijs tecta q; corymbis.  
**O**ceani tranans hic nauibus equoz apertum  
**A**d thulen venies: que nocte dieq; relucet  
**T**itanis radijs: cum curru scandit ad axes  
**S**igniferi boreas succedens lampade partes  
**A**d nauem pelago flectenti aquilonis ab oris  
**A**d solem calido referentem lumen ab ortu  
**A**urea spectetur tibi pinguibus insula glebis.  
**H**inc trepidos doram conuertens nauis ad austros  
**T**aprobanem veniet: generat que magna elephantis.  
**P**er fines asię iacet sub sydere cancri  
**L**ittoribus cuius saliunt densissima cetę:  
**Q**ue pascit vastum mare rubrum montibus equa  
**T**enditur horribilis: quorum per terga per armos  
**S**pina ferens cladem: fatumq; sub ore feroci.  
**Q**uipe solent patiter nauem sorbere virosq;

Nam mala tam pelagus qua terra merentibus offert

Alterius pergas si post carmanida summam

Ogyris occurrat: qua dicitur esse sepulchrum

Regis erythæi: dederat qui nomine ponto:

Perficus inde sinus penetratur. et icaron offert

Insula: que fertur nimium placare dianam.

Tot sunt ingentes quas cingit tethyos unda

Insule: ast alię diuersis partibus orbis.

Disperse plures fama la tuere minores

Huris difficilis nautis vel portubus aptę

Quarum non facile est mihi promere nomina versu.

**H**æc asię fines amborum linea monstrat.

Et formam contra positarum imagine coni.

Paulatim trahitur tamen hæc orientis ad oras:

Oceanus statuas bacchi qua tangere fertur

finibus indorum postremis gurgite torrens

Qua ganges liquido nyseos irrigat agros

Non tantum et spacio similis telluris aperte

Scilicet ambabus penetralibus vnus in illis

Funditur oceani sinus: et determinat ambas

Est asię gremio triplex mare confugit undis

Hircanum pariter persum simul atq; sabęum

Hęc noton ad boreos hircanum vergit ad axes.

Gurgitis euxini vicinum multa virozum

Nilia: quod circum degunt per littora ponti.

Amborum medius campis discernitur isthmus.

Est asiã qui mons excelsus diuidit omnem

Incipit a medijs terre pamphyliidis oris

Et longis sese spacijs producit ad indos:

Nunc obliqua means: nunc recto limite currens

**V**ertice: quem toruo perhibent cognomine taurum:  
**C**ornua nam summus scopulis imitatur acutis:  
**P**ulchridusq; suos huc colles spargit et illuc.  
**E**t hoc innumeri descendunt fontibus amnes  
**I**n partes euri zephyri boreæq; vel austrî  
**Q**uis memorare queat fluuiorum nomina cuncta!  
**N**on tamen est vnum montis cognomen vbiq;  
**S**ed varij flexus variantur nomine multo.  
**S**ingula sed proprijs sunt nomina nota colonis.  
**H**unc igitur gentes illum populosq; tenentis  
**Q**ui celebres memorem: sed felix numen adesto  
**D**eote primi tangunt meotidis vndas  
**S**auromorq; truces gens aspera martis in armis  
**S**anguis amazonidum fortis: quos protulit olim.  
**S**auromatis mixte que thermodoonte relicto  
**I**ngentes genuere viros belloq; potentes  
**I**nnumeras habitant qui silvas gurgite vasto:  
**I**nter quas tanais meotidis intima pulsat  
**E**uropen fluuiodirimens asiamq; reflexo:  
**E**uropen zephyrosi a: am sub partibus ortus  
**C**aucasi exit cuius fons montibus altis  
**M**urmure cum vasto scythie per plana refluxus:  
**H**unc tamen immenso torrentem flumine vertit  
**I**n glaciem boreas horrendo flamine sequus  
**H**eu miseros homines habitant qui sinibus illis  
**A**ere damnati tristi nimioq; rigore:  
**Q**uo pereunt pecudes pariter populiq; viroꝝ  
**H**i prope relinquunt sua rura furentibus euris  
**H**i tanain habitant fluuium prope sauromatarum  
**C**ui sunt vicini sindi quoq; cimmericq;

**P**ost hos cercetij iuxta quos arenus altis  
**F**luctuat equoribus: nec non ozeteq; feroces  
**E**t qui troianę post pęgia gentis achi  
**A**scalpi regis: victricia signa sequentes  
**D**ispulli ventis istas venerere sub ozas.  
**P**ost hos eniochi genuit quos gręcia tellus  
**E**t zęgi iuxta viuunt regione sub vna  
**I**ntima sed ponti post fines tyndaridarum  
**E**gypto missi colchi tenuere coloni:  
**C**aucasij montis prope collem z caspia ponti  
**L**ittoa qua celeres descendunt phasides vnde  
**L**ireosq; secant campos: atq; equora ponti  
**N**ascitur armenij fluuius qui vertice montis:  
**A**d cuius partes boreas z solis ad ortus  
**E**uxinum dirimens z caspia littoza late:  
**D**iffusos spacium per longum panditur isthmus:  
**Q**uem iuxta terras habitant orientis iberes  
**P**yrthene quondam: celso qui monte relicto  
**H**uc aduenerunt hyrcanis bella frequentes.  
**H**ic camaritarum gens est carissima baccho  
**F**luctibus hanc propter persequit caspius estus  
**U**ndiq; quem tereti concludit margine tellus.  
**S**ed mare non valeat tribus illud mensibus vlla  
**S**cilicet immensum nauis transire profundo.  
**N**on tamen exacuit pars vna sub arcibus equoz  
**Q**ua tractum refuge miscetur tethyos vnde.  
**P**ultra quidem generat viuuis miracula rerum  
**S**ed tamen egregio cristalli pondere gemmam  
**A**tque malos lemnes quod pellit munus iaspi  
**N**octurni manes fugitant: quem membra tuentem:

**H**oc igitur pelagus: quæ gentes vndique cingunt  
**I**ncipiens numerum primis aequilonis ab oris  
**Q**uæ vergunt zephyros: quas caspia littora claudunt.  
**P**rimi sunt scythiæ populi saturnia iuxta  
**A**equora viuentes hircaniqu; hostia ponti  
**Q**uos supra gryphes ditissima rura sinaragdo  
**Q**ualem non alius terrarum possidet orbis:  
**A**tq; aurum sibi met defendunt pondere puro  
**D**innia: sed duri superans audacia lucris:  
**A**dversus volucres heu commouet arma virosum:  
**P**regia nam faciunt arma spi gryphibus hostes  
**H**ic z cristalli perlucet maxima moles.  
**H**inc vnus sequitur. post fortis caspia proles  
**H**inc sunt albani bellaces marte feroci:  
**U**nde canes nati superant genus omne ferarum:  
**M**agnus alexander missum sibi viderat inde  
**V**ictorem barriq; canem: rabidiqu; leonis.  
**P**ost hos cadusij durissima rura colentes:  
**E**t prope sunt mardij: sequiturque hircania plebes.  
**H**inc apyri: per quos mardus deuoluitur amnis  
**D**ercebius bibit hunc præter bactrusq; fluentem  
**P**er quos hircanum currens descendit in equos  
**S**ed bactri medijs habitant telluris in aruis:  
**P**arnasum late prope montem rura tenentes.  
**D**ercebij vero sub caspia littora vergunt  
**P**ost hos massagete trans flumen araxis ad ortum  
**H**ospitibus seui cunctis belloq; feroces  
**N**on bacchidonum cereris nec munera norunt.  
**S**ed lac commixtum potant cum sanguine equino  
**P**os iuxta boream vergit chorasmia proles

**S**ugdias hanc sequitur rapidus quam diuidit opus  
**E**modum montem: qui linquens caspia rumpit.  
**I**nde sacę nimum certis gens mira sagittis  
**F**lumen iarattem iuxta: quibus arua coluntur:  
**E**t rochari ph: unig: z plurima milia serum  
**I**llis nulla bouum pecoris nec pascua cure:  
**V**estibus vtuntur: texunt quas floribus ipsi:  
**Q**uos tenuat lectos deserti sinibus ipsi.  
**A**lt alia scythię gens est externa per arua  
**Q**uos prope sunt tristes ventis z frigora terre  
**N**anq; niues semper pulsant has grandine mixte  
**C**aspium his populus lustratur pontus z ozis:  
**A**spice post colchos nunc: z post phasidis vnda  
**O**ccasum versus populos in litore ponti  
**E**uxini: damus hos vsq; ad chalcedonis ora  
**B**osporus angustat scopulis que trachius vrgens:  
**B**yzeres primi quos iuxta terra uechirum.  
**D**acrones post hos pariter: phylirezq; sequuntur  
**D**ossyniq; domos prebent quis: lignea tecta  
**T**urribus arboreis habitantes vnde vocantur.  
**H**inc pecorum est diues nimirum gens tib arenum  
**H**anc prope sunt calybes durissima rura colenres  
**Q**uos labor exerceat seuus ferriq; metalla.  
**V**icinos istis campos terramq; parentem  
**A**llyrii complent populi qua gurgite vasto  
**I**nter amazonidas thermodon martius annis  
**A**rmenium linquens montem descendit in equos.  
**D**ucasię quondam deuenit alumna sinope  
**E**t qua cognomen ceperunt menia clara.  
**I**lius fluij rigidas prope frigore ripas

Inuenies lapidem cristalli pondere puro  
Consimilemque gelu nec non splendoze nitenti  
Gemma micans illic perlucet iaspidis albe  
Iris continuo liquidis percurrat in equor.  
Post halys est fluminis boree qui currit in ortus:  
Etque carambidis irrumpit prope littoza pontum:  
Armonijs primas qui montibus accidit vnda  
Paphagones: post hos mar yand ynic sequuntur  
Bithynicque viri pinguis rura colentes:  
Qua rhebas pulcer gratissima flumina voluit  
Rhebas qui rapidi decurrit ad hostia ponti.  
Nam prius exposita scithye sunt semina gentis  
Hunc asię regio contingens littoza nobis  
Dicatur: partes calidas decurrit ad austri  
Atque hellepontum transit syrieque recessus  
Pascit et arabiam que florent vberet terre.  
Sunt chalcedonijs primi post hostia ponti  
Gena bizantis qui cernunt optima contra  
Romanisque pie regnis dominantia mundo.  
Hebrycij post hos: et mysia montibus alta:  
Qua eius egregia decurrens murmurat vnda:  
Qua nymphas comitem perhibent rapuisse potentis  
Alcide puerum tristissima fata gementis  
Hinc hellepontum pertenditur angulus ingens  
Qua breuior phrygie pars est: nam latior intus  
Sangarij ripis fluij vicina rapacis:  
Tenditur hec potius titanis pinguis ad ortus  
Altera ad occasus atque sub montibus idem  
Altera que cecidit preclaro nomine terra:  
Ad ranthi liquidas necnon simeontis ad vndas:

Post hec eolie tellus pretenditur ore  
 Fluctibus ege primis que tunditur alti.  
 Inde tenet terras pelagus prope sanguis ionum  
 Per quas meander pinguis descendit in equos  
 Inter miletum currens: laramqz priensem.  
 Ad latus istorum bozeum sunt ingria clara  
 Urbsephesus: claudit quam grato littoze pontus:  
 Post has menie tellus que vergit ad ortus:  
 Et molis colles: fluvius quibus auri ferexit  
 Pactolus: culus prope ripa tempore verno  
 Sifedeas: dulci capiaris pectora cantu  
 Lygnorum: pascunt quos herbes flumine circum:  
 Nam florent aliq per campos plurima prata:  
 Sed magis ad fluvium meandri gurgite miti:  
 Quem iuxta voluens se murmurat vnda caystri.  
 Post hos sunt lycij: quos ranthus diuidit amnis:  
 Ad mare vergentes qui tauri cornua cernunt:  
 Usqz ad pamphylios perhibent quem nomine cragum  
 Illic aspicias aspendum: ingria cuius  
 Eurimedon amnis radit vicina profundo.  
 Continuoqz iacent aliq pamphyliadis vrbes:  
 Corycus parceqz calens: z celsa phaselis.  
 Vos supra medijs habitant telluris in arvis.  
 Ad partes ortus: gens dura lycaonis armis.  
 Post hos pisidum pinguissima rura coluntur  
 Termessus: lybre nechon clarissima slege  
 Bentis amicleqz pulcerrima mengia quondam  
 Hinc sinus est longus cilicum: qui vergit ad ortus  
 Euxini penetrans vicinas equoris oras.  
 Hunc aliq perhibent angustis partibus esse.

**L**ui tamen immenso fluij se gurgite miscent  
**P**er longum pyramus spacium pynarusq; voluti  
**F**lexilis ⁊ cydnus dirimit que flumine tarson:  
**H**inc asię ciliicum sunt celsis menibus vrbes  
**L**yznessus malosq; simul vicina profundo  
**A**tque soli medio terrarum sine locati  
**L**ommagena dehinc regio: syrięq; sequuntur  
**U**rbes dispositę per longi littoza flexus  
**N**am casij montis: qua prominet ora per equos  
**V**ergit in occasus diffusis tractibus vnda.  
**F**lunc aliquas asię partes tibi carmine pandam  
**Q**uadrati lateris qua clauditur vndique forma  
**E**t spacijs campos longis protendit in ortum  
**S**cis etem memorasse tibi: q; collibus altis:  
**P**er totam medijs mons ingens tenditur actus:  
**Q**uot fines asię nigros producit ad indos  
**H**oc esto laterum boreum tibi: nilus ad oras  
**H**esperies finit: sed tethys solis ab ortu  
**I**ndica concludit: rubrum mare terminat austrum.  
**A**spice nunc igitur dum finem versibus ortus  
**P**eruenio retegens tibi veris omnia rebus.  
**I**ncipiens syrię terris: qua parte reliqui  
**Q**ue pelagus supra sub solem vergit ad austros:  
**U**rbibus ⁊ multis habitatur nomine prisco.  
**Q**ue cana vulgatur: media quia collibus altis  
**A**st humilem libanus claudit protentus in ortum.  
**O**ccasumq; petens casius: multisq; virozum  
**I**ncolitur populis locupletibus alma diremptis:  
**F**lanque alij medijs habitant telluris in aruis:  
**H**osque syros proprie perhibent: sed littoza iuxta

Phenices viuunt veteri cognomine dicti:  
Quos misit quondam mare rubrum laudibus auctos  
Chaldeo nimium decoratam sanguine gentem:  
Archaisque dei celebratam legibus vnum:  
Quod pelagus primi tentantes nauibus altis  
Disiunctas gentes docuerunt iungere mercem  
Et primi stellis numeros nomenque dedere:  
Atque oculis mirum voces sentire figuris.  
Hi muros iopes: gazam quoque elaida complent:  
Antiquamque tyrum: bezyti et menia grate:  
Vicinasque mari byblim: sybonaque pulcram  
Quam iuxta liquido bostrenus gurgite currit:  
Et pinguem tripolim: necnon arthosida sacram  
Laodicen pariter. positam prope litus armenum  
Et posidi turres: et daphnes optima tempe  
Terrarum medijs apamee menia clare  
Ad cuius partes coas orontes.  
Antiochi medius dirimit qui gurgite regna:  
Hec omnis pinguis tellus est ybere lecta:  
Arboribus pariter. pecoriisque et comoda viti:  
Ad cuius fines veniens: quos terminat auster:  
Arabij cernes extrema litto: a ponti  
Qui syziam medius disternat arabiamque  
Et tangit vergens orientem versus elanos.  
Diues arabs post quos latissima possidet arua  
Que protenta diu cinguntur ab equore perso  
Arabioque ferit zephyrus quod flamine suo  
Persica nam flatus eoi littoza turbant  
Ora: sed hec austro tendit subiecta per ortus  
Fluctibus oceani pulsatur et vndique rubris

**H**anc quoq; describam tenui ratione recensens.  
**P**ascere nam populos felices diuite terra  
**F**loribusz varijs miracula prebet odoris.  
**H**anq; thyo smyrnaq; viget cum thuris odore  
**E**t castia. nec non z canne dulcis odore  
**C**innama preterea iocunde naribus aure  
**F**ertilis hec generat tellus auriq; metalla  
**V**estibus auratis quare gens vtitur illa.  
**H**is pueros seruans molochites splenet arenis  
**A**ndromadasq; lapis compescens pectoris iras.  
**S**ed libani montis sunt post decliua primi  
**F**elices opibus nabatei nomine dicti  
**C**hablasij post hos atq; ageres. inde propinquant  
**C**hatramis atq; face. contra sunt perfidis equos  
**D**inq; maris prope rubri litto: a viuunt  
**A**tq; sabe post hos. nec non habitant ceterabeni  
**A**rabie populi celebres hi nomine claro.  
**S**unt tamen z plures alij. nam maxima tellus  
**T**rans istam zephyri sub partes degit crebum  
**S**peluncis genus infelix z rebus egenis  
**Q**ui solis radijs nigrescunt corpus adusti  
**D**isperfiq; dolent lustrantes more ferarum  
**N**on arabis similes opulentis scilicet equa  
**O**mnibus esse potest nunq; fortuna bonorum.  
**P**ost libani montis populi sunt solis ad ortus  
**A**lterius syrie: que tendit ad vsq; sinopen  
**C**appadoces medijs habitant in finibus huius  
**T**erminus assyrios: sed claudit ponticus ille  
**T**hermodon: pelagi qua pulsat gurgite fluctus:  
**Q**uius ab eod decurrit limite vastis

Uiribus euphrates descendens montibus aspris  
 Armenię longusq; noton pertendit z inde  
 Ad solem flexus babylonis diuidit urbem:  
 Littora deinde ruens perrumpit perfidis vrbę  
 Extrema fluuij sub parte terredona radens  
 Hulius ad aurozam ripis deuoluitur altis  
 Tigris aqua superant: quem flumina nulla rapact:  
 Sed tantum superat: quantum vix septimus ortus  
 Conficiat pedibus spacij properantibus ire.  
 Atq; lacu medius thonites intrat z exit  
 Nec violatur aqua: quamuis penetrabilis illa  
 Ocior atq; vadis emergens cedit amaris:  
 Hoc tamen omne solum fluuius quod cingit vterq;  
 Indigne populi pro re dixere medamnem:  
 Quod medias amnes has terras flumine cingunt  
 Agricolis pariter pastoribus atq; feracem  
 Ubere nam leto florenti semina cuncta  
 Herbarumq; thoris z gramina leta virescunt:  
 Ut varij rami complentur fructibus altis:  
 Bens quoq; prefulget claris in laudibus illa:  
 Nam peperit multos celsa virtute potentes  
 Atq; adeo similes: licet vt mortalibus esse  
 Armenij iuxta quam sunt aquilonis ad axes  
 Lominus z fortes: quos sentit mars matient  
 Quos prope concludunt euphraten collibus altis  
 Montes diuitijs pariter belloq; potentes:  
 Ad partes austri babylon: quam menibus olim  
 Dirandis posuit firmisq; semiramis urbem  
 Cuius in arte domum splendentem feceratauro:  
 Quam simul argentum varie decorauit eburq;  
 Hoc quoq; pingue solum palmarum diuite silua:

Quod fert berylli munus preciosius auro  
Berylli lapidem liquidum glauciq; coloris:  
Per loca que tendunt asianę ad menia petre.  
Et supra babylona vides z flamina vasta  
Lissos messabiaq; chaloniaq; feroces.  
Armenios montes si linquens ibis ad ortus  
Medica nascetur tibi tellus cuius ad axes  
Beti sunt mardiq; viri simul atrapateni  
Ad noton inde habitant medozum rura tenentes.  
Medea hinc fugiens dederat cognomina terre  
Hinc medi varios vsus nouere veneni:  
Quorum per multas spacium diffunditur oras:  
Hęc generat narcissiten oriente sub ipso  
Qui lapis est fuscus: complent hanc vndi q; silue  
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt.  
Caspianas tangunt portas: qui solis ab ortu  
Rupibus hęc cellis asię sunt claustra potentis:  
Qua via sub boream duplex: se scindit: z austrum:  
Hęc regio persas hircanos ducit: at illa:  
Sub colles imos habitant: post caspia claustra  
Partia gens parthi: telis arcuq; potentes:  
Viucere qui spolijs gaudent: raptuq; nefando:  
Que propter bellis homines vexantur in orbe:  
Atq; optata perit multo pax sanguine mundi.  
Post hos est persis circumdata montibus altis  
Assiduis florens regnis z diuitem censu  
Ex quo perdomuit sydorum magna sardis  
Cingitur excelsis hęc vndiq; collibus omnis  
Ad vergens austros post caspia claustra petensq;  
Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum  
Atq; tripartitis habitatur finibus illa.

Namque colunt alij rigide sub partibus arcti  
 Terras quas medi nemososis montibus umbrant:  
 At alij medie viuunt regionis in aruis  
 Litora postremi tangunt australia perse  
 Prima parte sabę: medijq; pasargada: post hunc  
 Tascorum telis habitat gens fortis et arcu.  
 Quinq; tenent populi diuisos perfidis a gros:  
 Amibus hec multis recreatur et vberis pingui.  
 Hinc choros immensus profunditur. inde choas pes  
 Fonte cadens indo: qui stringit gurgite fusa  
 In cuius ripis preclarus fulget achates  
 Pondere consimilis voluit quos vnda cylindris  
 Fertilis hec tellus secundis pascatur auris:  
 Nam ventis semper florescunt rura secundis:  
 Hęc eadem gemmis nimium decoratur honestis  
 Quarum quis varias vires: quis nomina dicat:  
 Tocolythum memorem iusto cognomine dictum  
 Qui lapides rhenum tritus potusq; resoluit:  
 Viritenq; bonum nardicum reddat odorem:  
 Hęc est actites sonitum cui spiritus addit  
 Archanum crepitans pregnantibus vtilis esset  
 Necnon pyrites digito qui strictus adurit  
 Gemina que radios emittit candida solis  
 Atque selenites lunaris imagine lucis:  
 Quod decus et minuit proprij splendoris et auget.  
 Respice nunc reliquas asie sub finibus oras.  
 Perfidis ad pontum carmani solis ab ortu  
 Litora pars habitant: medie pars limina terre:  
 Bedrosi post hos tendunt orientis ad ignem  
 Oceanum iuxta radijis propioribus vsque  
 Est scythię tellus australis flumen ad indum:

Qui ponto rapidus rubro cont rarius exit.  
Gurgite nam celeri rectus decurrit ad austrum:  
Caucasij oriens primum de montibus altis  
Diuidua cuius patalane cingitur vnda  
Separat innumeras z vasto gurgite gentes:  
Ad partes rapido qua vergunt lu mina solis  
Ortas aribasqz simul liniqz archotas  
Utentes leuis: z satridas simul omnes  
Pampanij montis sub celsa rupe arienos  
Homine communi: qui terras vberem nullo  
Florentes habitant: squallent nam sentibus a spris  
Coralij lapidem: qui rubrum lictore carpunt.  
Saphirijqz decus nigri: flauijque coloris  
Saxorum cedunt venis ac merce beati  
In quorum terras hinc tethyos equora claudunt  
Quas primo titan ascendens lumine cernit  
Unde color populis niger est flagrantibus ortus  
Atque gerunt similis hyacintho fronte capillos.  
Effodiunt alij terras: auriqz metallum.  
Alst alij terunt tenuissima tegmina lini:  
Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulso:  
Scrutantur ripis alij torrentibus imbriz:  
Berylli gemmas glauci: nitidumqz adamanta:  
Atque aura viridi legitur: que splendet iaspis:  
Coralijqz decus liqui: gratique topazi  
Purpureoqz amethyos inest suffusa colore.  
Diuitias magnas sic tellus illa ministrat:  
Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes  
Arboribusque viget varijs milioqz sequenti:  
Et precio rubre perfloret arundinis illa.

**H**inc alij superant procero corpore tantum  
**I**nfilium equitum faciles vt more elephantis:  
**A**lt alij viuunt sapienti pectore nudi  
**L**uminibusq; vident rectis mirabile solem  
**E**t radios oculis z sacra mente retractant  
**S**igna q; concipiunt archana luce futuri:  
**P**sitacus hic viridi decoratus torque rubenti  
**N**ascitur: humane simulat qui verbeq; lingue.  
**H**unc age te fluuios montes formamq; docebo:  
**I**psius terre populos gentesq; beatas  
**D**arginibus ternis tellus hec clauditur omnis  
**O**bliquatq; latus per cunctas linea partes.  
**H**esperios fines immanis terminat indus:  
**E**t notios pelagus concludit gurgite rubrum:  
**S**ed gentes ortus z caucasus excipit arctum.  
**H**anchomines habitant multi diteseq; colendam  
**N**ominibus varijs discreti: z finibus amplis:  
**D**ardanij ripas contingunt fluminis indi  
**H**ic vbi precipitem scopuli fundunt acesinem  
**H**uncq; capax classis venientem voluit hydaspes  
**T**ercius hos sequitur splendenti gurgite cophes.  
**T**oxilus inter quos habitat cum gente fabarum.  
**H**inc scodri post hos sunt: peucaneiq; feroces.  
**G**angarideq; truces: auri qua pondus onustum  
**D**euoluens: hispanisq; trahit: rapidusq; megarus  
**Q**uos capit emodo missos gangetica monte  
**T**ellus porrigitur que ad terre colidis austros  
**O**ceani tangens pelagus sub collibus altis  
**Q**uos volucres metuunt celeri contingere penna  
**U**ndelocis graij posuerunt nomen aornin

Hic via que celebrat nomen dionysia bacchi  
Cui statuas dederat victoria finibus illis  
Hic tylos est superans vaste miracula terre  
Insula nanq; viret cunctis in partibus anni  
Nec folijs nudat ramos autumnus in illa.  
Assidueq; tenet flores genus arboris omne.  
Hic adamas fulget lymphantia pectora sanana.  
Et prohibens miseris occulti damna veneni:  
Quem misime valeat ferrum superare nec ignis  
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum:  
Sed tepido fractis multis incudibus ante  
Ad motum retrahit defendens robore miro  
Hic lignis lucem simulat splendore lucernę  
Nunc meruit nomen preclare nomine dignum  
Tot sunt per terras vulgate nomine gentes:  
Nam reliquas que mens valeat mortalis in orbem:  
Dispersas: numerare tibi sine numine magno?  
Quod bene disposuit terras: pontiq; profundum:  
Syderibus varijs decorans cęlestia templa:  
Et multis recreans varijsq; coloribus arua  
Munera per populos tribuens diuersa viroꝝum.  
Sed vos terrarum tractus gaudete per eum:  
Et quecunq; mari circumdatur insula vasto:  
Oceanusq; simul: nec non penetrabilis vnda:  
Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma:  
Et fluuij: montesq; lacus: quos continet orbis:  
Nam pelagi partes percurri carmine vastas:  
Et terre pariter regiones finibus amplis:  
Omnipotens pro quo genitor mihi premia donet.

§ J A J S.





De...  
C...  
C...



Amst. 1744 1140

